

Clarissimus artium liberalium Magister
 Dn. Joannes Philippus Baratierius
 Schwobacensis Francus, optimo patre
 viro plus rever. atq. doctiss. Dn. Francisco
 Baratierio, Ministro ecclesie, quae ex
 Gallis reformata religioni addictis, hic
 loci collecta est, meritisimo, natalis
 regio usui morem gerens studio
 iuris laudabili conatu, debitaq. indu-
 stria incubuit, atq. mihi quoq. Digesta,
 ius feudale et canonicum prudenti
 ac explicanti, sedulam dedit operam,
 ut non dubitandum sit, quin, acce-
 dentibus praecipue subsidiis, liberarius,
 quibus innutritus est, insignes pro-
 gressus in hoc clarissimo iurispruden-
 tia campo, in quo quotidie aliquid
 addiscendum, et in meliorem usum ver-
 tendum superest, sit factururus.
 Deus conatus eius egregios gratia
 divina secundet, et viribus animi
 addat vires corporis sufficientes,
 ut sicuti iam pra. ceteris in hac
 Academia inclaruit, ita quoq. orna-
 mentum insignie eius esse queat.
 Dab. Hala d. v. Octobr. MDCCLXXVI.



Just. Henning. BÖHMER
 de Acad. Häl. Director.